



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX**

Feria V. Post Domin[icam] III. Qvadragesimæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56232)

sanctitate, vt quod merendi hic nobis materia extitit, id ipsum, postquam debitum tibi in terra cultum honorem & obsequium præstitierimus: in supernis domicilijs gloria sit, nosque ad tui conspectum in æterna beatitudine perducat.

FERIA V. POST DOMIN.  
III. QUADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De afflictionibus.
- II. De Petri Ecclesiæque calibatu.
- III. De sacro Petri febricitante.
- IV. De febricitante.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Luc. 4.

FIGVRA.

21. Reg. 6. STATIM vt Arca fœderis à Dauide Rege à Cariathiarim in ciuitatem Ierusalem delata, in domo Obededom Leuitæ collocata fuit, plurimis eum, totamque eius familiam benedictionibus & fœlicitatibus cumulauit: Et habitauit Arca Domini in domo Obededom Gethai tribus mensibus. & benedixit Dominus Obededom. Et omnem domum eius, videtur hoc mihi figura fuisse eiusce rei quam in Euangelio legimus hodierno. Cernas hic enim Arcam testamenti, sacram, inquam, Iesu Christi humanitatem, Arcam Noë, que nos omnes à damnationis diluuiio tutata est: Arcam illâ fœderis & reconciliationis, per quam Patri æterno reconciliati, in gratiam redimus: veteram denique Arcam; quæ quamprimum vt domum Petri, non quidem Leuitæ, sed Leuitarum, Sacerdotum & Apostolorum Principis intrauit: eam benedictionibus, fauoribus; gratis, miraculisque compleuit. Eucleatius rem explicabo, postquam sanctum Pneuma inuocauerimus, ac Nympham illam Deiparam, cum Paranympho Gabriele saluauerimus. Simul igitur in genua prouoluti recitemus:

AVE MARIA.

Consul ille vigilantissimus, ac reipubl. studiosissimus Quintus Metellus, cui parem Roma vix habuit: cum Carthago à Scipione expugnata ac deuicta diceretur, omnique idcirco populus gaudio ac lætitia efferretur: in pleno senatu necne sese dixit, plus boni an detrimenti vrbi illius excidium reipubl. Romanæ esset allaturum: quoniam vt pacem restituendo profuisset: ita Annibalem submouendo non nihil obfuisse. Video quidem, ait, per infidæ huius vrbi cineres & ruinam, nobis pacem ac rerum tranquillitatem partum iri: verum simul vereor, ne tam exercitato & indomito milite, Annibale scilicet, ac tam acri amulo liberata, iuuentus nostra torpeat otio; ac delicijs indormiens in somnum resoluatur: eo namque sublato, qui iuuentutem in armis exercebat, bellis, tubarum clangoribus, laboribusque subeundis assuefaciebant ac populi Romani virtutem excitabat, fore auguror, eorum virtus & fortitudo otio ac voluptatibus reddita turpidior, deferueat & consenescat.

Eiusdem omnino opinionis fuit & Appius Claudius, magnæ quoque auctoritatis vir: cum plus emolumentum ac splendoris Senatui populoque Rom. bellis quam pace & rerum tranquillitate diceret accedere: otium namque quam negotium melius ei committi, ac potentia imperia agitatione rerum ad virtutem capeffendam excitari, nimia quiete in desidia resolui. Id ipsum mihi post Romanos hos dicere liceat: tribulationum scilicet incendia, ac molestiarum turbines magis ad animæ salutem, quam Zephyros prosperitatum, auræque deliciarum conferre, quod liquido Deus olim ostendit, cum filius Israël hostes numquam radicitus voluit euellere: sed semper eis aliquos rebelles ac seditiosos reliquerit, qui bellum mouerent, eorumque virtutem ac robur semper præliando exercerent: vt in Pentateucho ac Mosi libris sæpius videre est.

Docet nos id ipsum & natura cum mundi machinam eiusque generationes non nisi bellis & dissensionibus, quæ inter ipsa elementa perpetuo sunt, videmus subsistere: adeo vt si vel minimo temporis spatio cum se mutuo in gratiâ redirent, omnia quæ hic habemus aut rum

vide.



videmus pessimum irent: ac frigida miscerentur calidis, humentia sicces, vnde non nisi ingens confusio chaos efficit emeritum. Quo reuera edocemur, animam sine tribulationum, quas Deus ei interdum immittit, impetu non posse subsistere: sed nihil illi aut vitius aut commodius accidere posse. Hinc Propheta regius: *Bonum quia humiliasti me*, quod Augustin. vertit: *Quia tribulasti me*.

Hoc vero non nisi de seipso dixit David: videamus quid de omnib. in communi Sanctis scripserit: *Lazati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala*. Paulus quoque Apostolus vas illud electionis singulari quadam ratione id insinuat, Deoque immensas egit gratias, quod sibi Angelum satanae dederit, qui perpetuo colaphos ei impingeret, & hac ratione impediret; ne forte propter revelationes, quas interdum ei Dominus immittebat, factus elatior, ab humilitatis tramite deflecteret: *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae Angelus satanae, qui me colaphizat*. Perinde est ac si dicere voluisset, inquit Ambrosius. Quoniam ad tertium usque caelum sublatus sum, & ad usque paradisi interiora admittus; ubi vidi arcana, quae non licet homini loqui: ne forte tanta prosperitatis recordatio me insolentem reddat, aut arrogantem: Angelus tribulationis mihi datus est, qui me humiliet, affligat, ac tantum deiciat, quantum me forsitan sustolare cuperem.

Quemadmodum aquae diluuii post multas tempestates & procellas, tandem arcam Noe in montibus Armeniae collocarunt: adeo ut quo aquae magis intumescerent, eo area nubibus redderetur vicinior: *Factumque est diluuium quadraginta diebus super terram & multiplicatae sunt aquae, & eleuarunt arcam in sublime a terra*. Ad eundem modum & aquae tribulationum, quae post plurimos toleratos labores & molestias, animas tandem in montibus caelestibus sistunt: quo enim crebrius & frequentius insurgunt, eo & animae propius ad caelestem gloriam accedunt. Quam sublime, illae Iob verum patientiae exemplar euererunt? duplo sane sublimius, quam eius opes & facultates erant. *Omnia reddita sunt*

illi duplicia. Exclamem igitur, & vere quidem, sanctas tribulationes, ac vere diuinas afflictiones! vos namque peccatorum nostrorum virgae & flagra estis, vos examina patientiae, pietatis fomenta, vos vera praedestinationis indicia. Vos denique estis, per quas merita nostra excrefcunt, & nimium quantum asgentur.

Scribitur in Euangelio: *Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier abscendit in farinae satis tribus*. quod cum attentius mecum ipse voluo, tribulationes verum hoc fermentum esse comperio, quae natura quidem acerbae sunt, tres tamen massas faciunt fermentescere & auferri: castigant nimirum peccata, examinant patientiam, ac meritis augmentum tribuunt. an non haec tria farinae sara esse videntur?

Docent Philosophi quandam in rebus, Datur reactio in patientia: adeo ut quantum agens natura eas destruat & perdere molietur, tantum illae vicissim ac reciproce e contra agant ad naturam suam conseruandam.

Hoc apertissime in anima locum habet: nam pro mensura qua tribulationes & afflictiones perfert, patientiam & meritum pro reactione opposita habet: ita ut patiendo promereatur, & promerendo simul patiat. O vere egregiam reactionem!

Consolamini igitur qui molestis variis obruimini, & afflictionibus vndique expositi viuitis: consolamini inquam qui tribulamini, & iniurias a quo animo toleratis: hoc animis vestris penitus infixum haereat, plus vobis patiando, quam bene agendo meritum accedere. Insolens hoc & nouum cuiquam videatur, quod tamen ita sese habere certo certius est. Ipsae namque Domini Iesu Christi actiones, opera admirabilia quidem fuere, at si cum passione eius supplicisque & cruciatibus quos pertulit, eadem comparemus, longis haec interuallis operum merita antecedent. Admiramini eius ieiunia, labores, miracula, Euangelizandi ardorem, obstupescite, per me quidem liceat: at si passionem eius contemplerini, nihil in ea quod non summam admirationem mereatur, reperiatur.

Præclarus d. conceptus.

Marc. 13.

Plus patientia quam agendo promeremur.



Dolores & Vix sudores hī, & luctu prater modum cruciat<sup>9</sup> ve- graues praterierant, quin ecce noui eam hementes rursus dolores in Aegypto sub Pharaone, quos natu- quadringentorum annorum spatio diue- ra humana xant. Extremi iterum cruciatus in capti- pecculit.

*Psalm. 136.* ploraret: *Super flumina Babylonis illic sedi- mu. & fleuimus.* Calore quoque continuo exaestuauit, quos enim ignes, quosnam ardores

*Gen. 19.* in conflagratione illa Gomorrhæa, quam *4. Reg. 1.* incendia tempore Elia cum cælitus ignis descenderet, sustinuit? Hem quamnam fitim? quamnam alterationem! cum trium annorum & mediū spatio pluuia celo non cecidit! quam grauitur quoque in deserto laborauit? nisi enim ē petra aquam Moses elicuisset, tota proculdubio interuisset; audi *3. Reg. 17.* eius querelas: *Da nobis aquam, & bibamus, cur fecisti nos exire de A g pio, ut occideret nos & libe- ros nostros ac iumenta sua?*

*Luc. 2.* Misertus es aliquando misera illius He- morrhoisæ, quæ iam duodecim annis fluxum sanguinis passa, omnem suam substan- tiam, & quidem frustra, in medicos erogauerat: Sed quanto magis deploranda, in- felicis huius focrus fortuna, quæ quinquæ millium annorum spatio peccati origina- lis febri semper laborauerat, febri, inquam, adeo pestilenti, ut ad totum omnino men- dum eius tabes & contagio permanat: fe- bri quæ sexcentos sudores, sexcentos dolo- res, sexcenta paroxysmorum genera excita- rat: exilium scilicet, mentis cæcitatem, vo- luntatis deprauationem, concupiscentiæ in- finitatem, sexcentas ærumnas, mortem, damnationem, ac milles denique millena morborum genera. Quam vere de hac ægra natura dici poterat illud Propheta: *A planta pedis usque ad verticem non est in ea sanitas:* iam inde siquidem ab Adam vsque ad vlti- mum posteritatis surculum omnia contra- gione, & morbo deprauata sunt, vnde non immerito vates ille & rex David originalem

*Psalm. 50.* hanc infirmitatem deplorat. *Et in peccatis con- cepit membra mea.*

Omnes Consumpsit misella hæc omnem suam modos qui substantiam, sanitatis recuperandæ ergo,

omnes artes adhibuerat, omnemque mo- bus sanitati uerat lapidem, ut morbo hoc posset libe- restituere- rus, natura- nus, natura- seruat. Tot experta fuerat balnea, tot ablutio- nes modo natus in mari Rubro, modo Ior- danum, modo in mari Rubro, modo Ior- danum se immergendo, modo tot se victi- Exod. 14. marum, sacrificiorum & holocaustorum Ioan. 3. sanguine lauando: sed omnia frustra. At Gen. 41. cum nec hæc ratione sanitati locus esset, diata opus esse videbatur; quam rigidam admodum sustinuit, septem scilicet anno- rum famem in Aegypto: aliam magis tem- peratam in deserto, quam sibi ipsi Moses in- dixit, quadraginta scilicet dierum; aliam item totidem dierum, quam Elias vltro as- sumpsit; & hæc quidem frustra. Adhiben- tur cauteria, ferramenta, aliæque diuersi ge- neris remedia, quæ Chirurgia iuggererat. Venit deinde spiritus exterminans, magnus Gen. 17. quidam artifex, & peritus, in vanum omnia. Io. 5. O pertinacem morbum! Mutat ægei cœ- Exod. 11. lum, egreditur Aegypto, quadraginta annis in deserto Sinai commoratur, suauissimo re- ficitur cibo ac iucundissimo, manna cœlesti, omnem ambrosiam superante: hinc in ter- ram promissionis descendit. Non ideo tamen reliquit eam febris, sed pertinaciter ei adhx- relicit.

Quid iam tibi faciendum restat, ô mise- Nam ho- ra; ô afflicta? Inquire adhuc remedia, con- napaualos- sule omnes peritos, ac vide, quid de hac tua de morbo ægitudine iudicatum sint. Quot non illa suo cen- medicos contulerat, Deus bone? Confu- luit. luerat nimirum Patriarchas, Prophetas, Re- ges, atque omnes omnino mortales, imo vero & Angelos. Hinc in persona afflicti Iob clamaoat: *Miserere mei saltem vos a- Iob. 19. mic mei, quia manus Domini respicit me,* ami- cos hic vocat Angelos, atque ita Patres om- nes vnanimiter exponunt. Erat, erat ipsa, quæ iam in extremis constituta, ac morti proxima, per Davidis os loquebatur: *Osten- Psal. 54. de nobis Domine misericordiam tuam,* adiu- ua me, & ab hoc me morbo libera, nihilo- minus tamen oleum & operam perdidit; ac per sanari non potuit, donec ipsa Dei ver- bum produxit, quod hodie generi domum accedens, omnem penitus ab ea morbum abstulit.

Designauit hoc nobis in Apocalypsi sua Ioan.



Ioannes, cum nobis foeminam duodecim stellis coronatam, & in partus doloribus cō-

*Apoc. 12.* stitutam describit: *Mulier amicta sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in dextero habens: & clamabat parturiens, & cruciabat ut pariat.* Exprimatur hoc emblemate, Auditores, misera natura humana, quæ ex duodecim Patriarchis, duodecim Tribubus, aut duodecim, si masculeritis, Apostolis grauida, cum Messiam hunc eniti & parere vellet, clamabat, gemit, & continuis cœlum precibus faigabat. Sed sumite iam animos, ægri, amplius nolite ingemiscere, consolamini in ægritudine vestra: ecce exoptatus aduenit medicus, summus ille artifex ac peritissimus chirurgus descendit, qui omniæ languorem quamprimum depellet. Vnde August. *Tunc magnus de calo medicus venit, quando magnus in terris iacebat egrotus.*

Quid sit domus Petri.

Quamprimum igitur ut verbum Dei in hunc mundum venit, & è virgine natum est, ac Petri domum intravit: misera illa focus, misera, inquam, hominum natura, persanata fuit. Sed quænam est, obsecro, felix illa domus, domus illa fortunata, quæ Dei filium hospitio meruit suscipere? Anne forsitan erit gloriosa, virgo & mater Maria, in qua & apud quam nouem mensibus Dominus diuertit? quæ domus illa regia est, domus illa sancta. Vadimonium hic mihi præstat David Propheta dicens: *Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum.* An vero nostra humanitas est, de qua dictum est: *Iean. 1.* *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; nostra scilicet humanitate. Et triginta tribus quidem annis Verbum Patris, hoc in mundo nobiscum conuersatum est, in altero semper, & in perpetuum nobiscum commoratum: quod enim semel assumpsit, nunquam dimisit.*

Domus egregia est mundus.

Quid etiam verat, quo minus domum hanc mundum esse dicamus? Næ mundus domus est, & quidem amplissima. Montes namque eius, muri sunt; maria, aquæ ambientes; cœli, ipsi fornices, poli, bases ac fulcra; terra, pavementum, quatuor elementa, atria inferiora; nouem sphaeræ cœlestes, nouem diuersa habitacula in superioribus constitu-

ta. Sol & Luna hic sunt velut fenestrarum commissuræ; stellæ loco fenestrarum; Oriens, Occidens, Septentrio, & Meridies, quatuor late patentium portarum. An non igitur mundus domus est? an non in ea Dominus commoratus est, an nō in eadem & mortuus, in eadem etiam sepultus? bene quidem hæc. An non sunt hæc omnis domus illa, in quam hodie Redemptor noster diuertit? Ecclesia igitur est domus, quam fundauit, & incoluit; quamque ipse domus aliquando nomine insigniuit: *Domus mea domus orationis vocabitur.* In hac domo facta sunt miracula, in hac, piscina & Iordanis sunt, in quibus paralytici curantur: in sola hac Sacramenta reperire est: denique in hac eadem domo, Petrus cœcus, depulsis febribus, sanitati restituta est.

*Matt. 28.*

Secundum hoc est concionis hodiernæ membrum: *Tenebatur magnis febribus.* Quid febres has aliud denotare putatis, Auditores, nisi peccata? quot enim peccatis anima sint secun-  
 grauata est, tot sese febribus putet distineri. Diuersa febrium genera medici constituunt: febres scilicet quotidianas, tertianas, quartanas, continuas, hecticas, quin & febres pestilentes. Febris quotidiana, gula est qua laborauit diues epulo; qua & deinde mortuus est. Vehementer hæc febris primum parentem Adamum, quamprimum ut creatus, in paradiso à Deo fuit constitutus, in uasit: in quam non alia de causa incidit, quam quod crudum nimis ac nondum maturum pomum comedisset. Quin & pilosus Esau grauiter eadem laborauit, cum propter vile pulmentum & lentis edulium primogenita sua diuendidit. Hac febre interit Sodoma, perit Gomorrha, ac circumiacentes ciuitates hæc eadem extinctæ sunt. Vnde Ezechiel vates: *Hæc fuit iniquitas Sodoma, superbia, saturitas panis, & otium eius & silarum eius.* Caterum sicuti quotidiana illa febris facile in aliam mutatur; ita quoque gula facillime in libidinem & Venerem conuertitur; ac facilis ab una in alteram transitus est. Lothi vino obrutus statim incestum passus est. Turpitudinem suam Noë, quam sexcentis annis semper tegerat, ebrius ac tenu-  
 lentus detexit. Quin & quod longe grauius,

IV.

Quotuplices febres sunt secundum medicos.

Quotidiana febris gula est.

*Luc. 16.1*

*Gen. 3.*

*Gen. 25.*

*Gen. 19.*

*Ezech. 16.*

*Gen. 20.*

*Gen. 9.*



ſapenumero è gula in idololatriam deuoluimur: teſtes mihi ſunt filii Iſraël, de quibus *Pſal. 71.* ſcribitur: *Prodiu quaſi ex adipe iniquitas eorum.* Quam grauitè igitur vos Hæretici, qui ſacro Quadrageſimæ tempore ſine vſlo reſpectu carnibus veſcimini, & vos helluones & lurcones, qui indiſta ab Eccleſia ieiuniorum tempora non ſeruatis, hac febri diſcruciamini?

**Tertiana** Tertiana febris, quæ non continuo vrit, ſed alternis diebus redire conſuevit, inconstantè repræſentat: qui hodie quidem bona facere proponunt, & cras propoſiti obliſi, ad ptiorem viuendi rationem reuertuntur. Hi ſunt *arundines vento agitatae.* Huiuſmodi fe-

*Matth. 11.* *Exod. 9.* bri laborauit Pharaon, item Achab; ille populum Iſraël à ſeruitute liberare cupiens, ac nunquam dimittens; hic vero hodie ſeſe coram Domino deiiciens, & craſtino die ad priora ſcelera & iniquitates reuertens.

**Quartana** Quid vero quartana vobis ſignificare vi-  
febris *Luxu-* detur? aliud ſane nihil, quam luxuriam, & *dena-* voluptatem carnis: prima namque dies eius, *ria* venerea *designatur.* ipſa eſt cogitatio & ſuggeſtio; ſecunda, delectatio; tertia, conſentus; ac quarta, ipſa operis prauæ executio. Quam multi, pro dolor, hac febrilaborant? Non dico hic Magdalenâ, taceo Samaritanam, prætereò mulierem illam in adulterio deprehendam. Eadem & Dauidem inuaſit; ac multo violentius Herodem Herodiadis amicum; ſeptem Saræ mariti eadem ſubito extincti ſunt: duo ſenes illi adulteri Suſannam conſtrupare molientes, miſere eadem perierunt. Febris hæc quartana omnium grauiſſima eſt; quippe quæ diutiſcule durare ſoleat, & ægerime recedat, teſte Galeno lib. 2. de diffic. feb. cap. 50.

**Continua** Quid porro de continua febre dicemus, febris auaritia repræſentat. Nam cum aliæ febres per temporum interualla hominem inuadere ſoleant, hæc, vt aſſiduus & indiuiſus comes, ſemper ei adhæreſcit non enim adulter aut luxurioſus ſemper adulterium, vel actum Venæriſ recipſa committit, nec lurcones ſemper manum, ſemper licet animum, in patiuis habent; at auaritia continua febris eſt, nulla non diei hora,

noctu & interdium, & vbique locorum, ac nullo non temporis momento, animas cruciat. Diues ille, de quo in Euangelio, ſemper in anxietate verſabatur; ſemper ſollicitus & anxius erat, dicens: *Quid ſciam? deſtruam hanc ream meam: cuius ſollicitudo & febris cum non quieteſceret, audiuit tandem: Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te, & hac qua paratiſ, cuiuſ erunt?* Hac eadem febris ita Iudas exaſtuauit, vt præ moleſtia dormire non poſſet; an non vidimus eum in tempeſta nocte cum cohortibus & militibus hortum iatantem, triginta denarios vt lucrificaret? Sane torus, mihi credite, orbis hac febre infectus eſt.

Per lentam febrem ipſi iam ſcitis deſidiam & ſocordiam designari. Hac febris tenebatur illi, quibus vineæ Dominus in Euangelio ait: *Quid hic ſtatis toruam otioſi?* Eadem etiam laborant filia Sodomæ & Gomorhæ: quæ & interdum adeo in miſeros mortales ſæuit, vt vrbes integras a regna florentiſſima extinxerit, vnde Poeta:

*Orium reges, prius & beatas*

*Perdidit vrbes:*

Sunt vero & alia febrium genera, peſtilentes ſcilicet & contagioſe: ipſæ nimirum hærefes, quæ tam difficile curantur, vt multa animarum millia ab eadem potius fuerint extincta. O pernicioſas & damnofas febres! Vos vero miſeri, qui ab iſdem torquemini, ad domum Petri diuertite, ad Eccleſiam properate; in ea namque verus medicus reperitur, in ea omnia febrium genera ſanantur: Quamobrem eo vos conferte, ſi ſanitati reſtitui vultis.

Tu quæ dicitur celeſtis medicæ, qui tot febricitantes ſanaſti, tot morborum genera curaſti: tu, inquam, qui leproſos mundaſti, claudos ambulare feciſti, energumenos à ſpiritibus immundis liberaſti, paralyticos conſolidaſti, mortuos ad vitam reuocaſti: tu qui hodierna die ad domum Simonis diuertens eius ſocrum grauitè febricitantem nouo ſane miraculo ſanitari priſtinæ reſtituiſti: tu qui ſummus medicus es, ac medicorum ſummus, nobis quoque eadem infirmitate laborantibus propitiuſ ſuccurre. Exaſtuat quippe anima innumeris febribus, ac miſere affligitur: modo

Lentafebris  
acediam  
gnificat.  
Matth. 20.



modo gula, modo luxuria, & ut plurimum auaritia & fœcordia: tu vero omnes hasce, si modo velis potes auferre, & violentiam earum infringere, ac molestias tollere. Et, quemadmodum pia hæc tibi mulier sanitate recuperata, lecto surgens, sedulo ministravit, ita quoque, benignissime medice, eandem à te adepti gratiam, vitiorum lecto, à febribus his liberati, surgentes, omnem tibi vitam impendemus, quo dignum hinc nomini tuo obsequium & cultum, in cœlis vero laudem & gloriam exhibere possimus. AMEN.

FERIA VI. POST DOMIN.  
III. QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De gratia præueniens.
- II. De Iesu fatigato.
- III. De petente Iesu bi' ere.
- IV. De causatione Samaritana.

Venit Iesus in ciuitatem Samaria, qua dicitur Sichar. Ioan. 4.

FIGURA.

*Win. 19.* CVM olim Rachel pecora ad aquam ad puteum venisset, forte fortuna, nihilque minus cogitans, Iacob ibidem obuium habuit; qui cum se consobrinum eius esse diceret, ei osculum dedit, simulque futuri matrimonii fundamentum posuit. Cum oculos in Euangelium hodiernum conicio; similem plane illic historiam reperio. Video namque in eo Samaritanam fœminam, quæ aquam hauritura, circa puteum, verum Iacob Iesum Christum, nec opinata offendit: qui cum se Messiam esse demonstraret, multis vltro citroque sermonibus habitis, ad spirituale eum tam matrimonium ineundum, eamque à peccatorum sordibus expurgandam, viam præparat. Res ipsa & materia iucunda est, ac benigna: quam ut pro dignitate deducere possimus, cœlestem opem, B. Virginis intercessionem implorabimus, dicentes:

AVE MARIA.

I. Gratia præueniens.

Non iniuria mihi Theologi, Auditores ornatiissimi, cum de peccatorum iustificatione, de quæ gratis cœlestibus, quæ eam progignunt, disputant, de gratia quadam præueniente, uti nuncupant, mentionem facere videntur. Quam hoc potissimum nomine appellare consueuere, quod opera nostra eadem præcedere; ac quodammodo præcurrere videatur: illa namque nos nihil minus cogitantes excitat & incitat, in vitis nostris sepultos, ac veluti lethargo oppressos expergeficit, atque omnia denique merita præuenire consuevit.

Sexcentis illam locis in sacris literis expressam habemus; at euentissime in mirabili illa Pauli Apostoli conversione, de qua legimus: *Saulus adhuc spirans minarum & Act. 9. cadu in discipulos Domini, accessit ad Principes Sacerdotum, &c.* & mox mutato stylo, subito circumfulsit eum lux de celo. Quid porro lux isthæc aliud, quam gratiam præuenientem designabat, quæ nos per vitiorum abrupta abreptos circumfulget, densam oculis caliginem inducit, & cæcipientes in terram prosternit? Illa scilicet lux est, quam olim vates Regius à Deo postulabat: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum.* Psal. 43.

Tres illi Orientales Magi, cum inde ab Figure quæ extremis auroræ partibus Messiam natum bus gratia adoraturi, in Iudæam descenderent, stellam præuenientem itineris habuere, *Stella antecedebat eos.* designatur. Lucidum illud iubar, ac micans sidus, aliud *Matth. 2.* nihil quam gratiam præuenientem denotabat: quæ instar astri lucidissimi opera nostra semper antecedit, nosque ad Deum in Ecclesia adorandum conuocit.

Tres piæ matronæ, post Domini passionem, Hierosolymis cum aromatibus, ut vngerent sepultum, egressæ sunt: sed notat Evangelista, *id orto iam solo contigisse.* Per egressionem & profectionem piarum illarum fœminarum, peccatorum iustificatio exprimitur, qui post passionem, post peccatum nempe iam commissum, ubi Christus, ut Apostolus ait, iterum crucifixus est, Ierosolymis, id est, peccatis, aromatibus doctoris, tristitiæ, contritionis, ac de peccatis